



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Qualis pax à Deo petenda sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

ginem salutavit, imitemur. Hanc enim imitando actus Christiano homine dignos exercebimus: sicque liberius à B. virgine postulare poterimus quæ sequenti versu continentur, videlicet ut in pace & spirituali gaudio nos confirmet, stabiliatque.

FV N D A N O S I N
P A C E.

Qualis pax à Deo petenda sit.

C O N S I D E R A T I O.

VT intelligas, Fidelis anima, qualem te à Beata virgine pacem petere oporteat, notandum est illos qui de hac materia specialius differunt, tria nobis pacis genera demonstrare.

Prima est diabolica. Secunda est *Pax tri-*
falsa siue ficta. Tertia est vera. *plex est.*
Maligni spiritus, inquiunt illi, sæpenu- *Diabolica.*
merò pacem inter se constituunt,
sed eo fine ut facilius noceant homi-
nibus. Hæretici confitentur non ra-
rò inter se atque concordant, sed
hoc

Iudis. 15.

hoc fine vt veritatem validius oppugnent opprimantque. Latrones inuicem conspirant, mutuamque inter se amicitiam fouent, vt viatores facilius spolient, atque interimant. Omnes hi similes sunt vulpeculis Sampsonis, quæ capitibus ab inuicem leiunctæ, caudas simul habebant colligatas, quo Phylisthæorum segetes incenderent.

*Ficta.**Matth. 26.**Psalms. 72.*

Quoad fictam pacem: non paucos inuenies qui cum egregio simulandi artificio alios se diligere mentiantur, illos malitiosè prodant, perinde atque Iudas Christum Iudæis prodidit. Loquuntur, vt Psalmista inquit, *pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.*

Falsa.

Ad falsam verò pacem quod attinet: Sunt nonnulli, qui sine hominum contradictione viuentes, & inordinatas appetitiones atque cupiditates suas consecretantes, ab omni se perturbatio-

ne

ne alienos ac liberos esse censent:
vociferanturque ingeminata voce
pax, pax, cum non sit eis pax.

Isai. 48.

Non hanc fidelis anima, pa-
cem petere debes, neque simu-
latam illam atque fictam, sed ve-
ram ac solidam. Hæc illa est,
qua valde indiges vt nauigatio-
nis tuæ cursum faciliter consum-
mare, atque salutis æternæ por-
tum inuehi possis. Tantum e-
nim, vt Diuus Augustinus ait,
est pacis bonum, vt etiam in re-
bus terrenis atque mortalibus, ni-
hil gratius soleat audiri, nihil
desiderabilius concupisci, nihil
postremò possit melius inueni-
ri.

Vera,

S. Aug. lib.

19. de ciuit.

DEI, ca. 13

Idem alibi ait, Pacem esse
mentis serenitatem, animi tran-
quillitatem, cordis simplicita-
tem, amoris vinculum, charita-
tis consortium. Quibus adiicio,
Pacem esse foelicitatem, quam
omnia desiderant. Hinc enim
est, quod Psalmista inquit, dicens:

Serm. 2. ad

frat. in E-

remo.

Qui

Psal. 147.
S. Aug. lib.
19. de ciuit.
DE lca. 11.

Qui posuit fines tuos pacem. Quo vti idem S. Pater exponit, indicare voluit pacem hominibus pro vltimo fine à DEO datam fuisse. Vnde fit vt quemadmodum homines naturaliter gaudere desiderant, sic etiam pace perfrui cupiant.

Que pax à
DEO pe-
tenda fit.

Pete igitur anima Christiana pacem à DEO, illamque maximè stabilem & securam quæ in hac vita haberi possit, cum in altera perficienda sit. Pacem inquam & concordiam cum DEO, cum tua conscientia, & cum proximo. Quisquis enim hæc tria pacis genera possidet, in perpetua pace ac tranquillitate vitam transigit: qui verò hac destitutus est, dies suos in continuis angoribus ac turbationibus transigit, quemadmodum ex singulorum consideratione facile intelliges.

Quam